# VIII

## CARTULARIO DE LA IGLESIA DE SANTA MARÍA DEL PUERTO (SANTOÑA)

*Continuación* (1).

### LXXVI

Marzo de 1114.

*El abad Martín y los clérigos de Santa María del Puerto hacen una donación de diezmos y primicias á la iglesia de San Andrés de Garvilios.*

Sub Xpi nomine sancte Trinitatis. Ego Martinus abbas de sedis Sancte Marie Portunensis cum omnium fratrum meorum et congregacio meorum Petrus et Santius, Ihoannes, Mikael frater, Petrus. Sic dabo vel concedo ad ecclesia Sancti Andres de Garvilios et ad Sancti Mametis de Desio, et Sancte Marie de Sofano. Sic dabo ad istas ecclesias illa ecclesia de Sancti Petri de Nolia, et offerta quia ad illa pertinet, decimas et primicias et mortuorus abeant istas ecclesias datum quomodo in regula resonat, et si aliquis abas de istas ecclesias questione aut inganno fecerit et cum suos companneros convenimiento non quesierit, quomodo perdat illa ratione de illa ecclesia et de illa offerta. Et sic dabo ego abbas Martinus et omnes fratres meos, et affirmavimus usque in secula. Et si des odie in die aliquis qui regula ista conrumpere quesierit, in primis descendat super eum ira Dei et de omnibus sanctis, et sedeat excomunicato a corpore Xpi, et pariat ad abbas qui Portum tenuerit et Sancte Marie c solidos ipsum pariat qui contencione fecerit. Facta regula ista die notu quod erit v$^{a}$ feria, XIIII kalendas Aprilis in Era TCLII, regnante rex Adefonsus in Kastiella, et Comite Roderico Mo-

(1) Véase BOLETÍN, tomo LXXIII, cuaderno V, pág. 420, 1918, y tomo LXXIV, cuadernos I, III y V, págs. 19, 224 y 439, respectivamente, 1919

nioz in Asturias; et nos iam dictos placuit nobis et fecimus et de manus nostras ✠ ✠ roborabimus et testes sumus. (Fol. 25 r.).

## LXXVII

Junio de 1119.

*Diego y su mujer María venden á la iglesia de San Lorenzo los bienes que poseían en Quejo.*

In Dei nomine, ego Didaco et uxor mea Maria placuit nobis bono animo et per expontaneas nostras voluntates sic vendivimus tibi Petro et ad honorem Sancti Laurencii ereditate que est in billa de Kexo, in terras, in pumares, in defesas, in felgarios, in exitus e regressitus, de monte in fonte, ubi illo potueritis invenire, sic vendivimus vel concedimus tibi quantu nobis pertinet inter nostros heredes ab omni integritate per in secula Per quem accepi ego Didaco et uxor mea Maria precio de te Petro, id est mediatate in uno pumare qui est in felgera, et una puerca rubia per colore, in sub uno precio in VIII modios..... (1) Facta carta vendicio nostra et comparatio tua die notu quod est VI[a] feria, V[o] kalendas Iulii in Era M.CLVII[a] regnante rex Adfonsus in Castiella et regina Urracha in Leione, et Roderico Gonsalvez potestas in Trasmiera. Et ego Didaco et uxor mea Maria qui hanc carta que fieri voluimus tibi Petro legente audivimus et de manus nostras ✠ ✠ roborabimus coram testes Cili et Belliti, hic testes sumus et legente audivimus, nostras ✠ ✠ roborabimus. (Fol. 64 r.)

## LXXVIII

Marzo de 1120.

*Romano y su mujer María venden á la iglesia de San Lorenzo una heredad en Noja.*

In Dei nomine, ego Romano et uxor mea Maria placuit nobis bono animo et per expontaneas nostras voluntates sic vendivi-

(1) En éste y los demás documentos que siguen, prescindimos de las cláusulas acostumbradas, y que ya se han repetido muchas veces.

mus tibi Petro et ad ecclesia Sancti Laurencii ereditate que est in villa de Nolia in loco certissimo ubi dicitur ad Quevalvina usque in Bereceda, et ad illa ripa de illo mare. Sic vendo tibi Petro et ad ecclesia Sancti Laurencii. Per quem accepimus nos jam supra dictos Romano et uxor mea Maria precio de te Petro, id est duos boves ruvios per colore, in sub uno precio in VIII° modios... Facta vendicio nostra et comparacio tua die notu quod est sabbato XIIII kalendas Aprilis in Era MCLVIII[a] regnante rex Anfonsus in Castiella et regina Urracha in Leione, et Roderico Gonzalvez potestas in Asturias..... Citi et Belliti hic testes sumus..... (Fol. 64 v.)

## LXXIX

Julio de 1123.

*Pedro Juan y sus hermanos venden la tercera parte de un helguero á Pedro, clérigo de la iglesia de Garvilios.*

In Dei nomine, ego Petro Ihoannis una cum iermanos meos Petro et Cecilia et Maria et cogermana mea Maria Alfonso, placuit nobis bono animo et per expontaneas nostras volumptates sic vendivimus tibi Petro frater de Garvilios tercia in illo felgario quod est in loco nominato ad illa ponte, per terminum de illa canale de illo mare, et alium terminum de illo monte, et III[um] terminum de riego ad riego; inter ipsos terminos illa nostra parte quantu nobis pertinet inter nostros heredes, ab omni integritate. Sic vendivimus vel concedimus ab omni integritate, per quem accepimus nos jam supradictos precio de te Petro frater, id est medietate in uno nobellum de III[es] modios et uno porco de semodio, in sub uno precio in duos modios, quantu nobis bene complacuit. Et ego Gontrueda placuit mihi per expontanea mea voluntate sic vendivi tibi Petro et ad honorem Sancti Laurencii de Garvilios illa tercia pars de illo felgario quod est ad illa ponte de Garvilios, per ipsos terminos iam supra dictos. Per quem accepi ego Gontrueda precio de te Petro, id est alterum felgario quod est in Chexo in loco nominato in Arcillero, quantu mihi bene conplacuit. Et ego Micahel et uxor mea Maria sic vendi-

vimus tibi Petro et ad honorem Sancti Laurencii tercia in ipso felgario iam supra dicto et per ipsos terminos vendo tibi ab omni integritate, per quem accepi ego Micahel et uxor mea Maria de tibi Petro precio, id est uno carnero et cibaria in sub uno precio in VI quarteros, quantu nobis bene complacuit. Debitum non remansit super te pro dare, nec nobis iam supra dictos iure pro in quantu desursu resonat pro iureficare. Et affirmavimus inter nos mercatu per in secula. Et si des odie in die aliquis homo de alica parte venerit, aut filiis vel neptis nostris, aut aliquis subrogata persona qui carta ista conrumpere quesierit, quomodo pariet quantu desursu resonat duplatu in similis talis locis cum quale fructum fuerit, con C solidos, et ad imperatores terre IIIes libras auri ipsum pariet qui contemptione fecerit. Facta carta vendicio nostra et comparatio tua die notu IIIa feria VIo idus Iulius, in Era MCLXIa. Regnante rex Adfonsus in Leione et in Castiella et Comite Roderico Gonsalvez in Asturias. Et nos jam supra dictos Petro et Martino et Cecilia et Maria et altera Maria, et ego Gontrueda et ego Micahel et uxor mea María qui hanc carta que fieri voluimus tibi Petro et ad honore Sancti Laurencii, legente audivimus et de manus nostras ✠ ✠ ✠ roboravimus coram testes Petro Flainez et Ihoan Veilaz et Sancxo Monnioz et Citi et Belliti hic testes sumus et legente audivimus et de manus nostras ✠ ✠ roboravimus. (Fol. 68 r.)

## LXXX

Julio de 1123.

*Munio Martínez vende una heredad en la villa de Noja.*

In Dei nomine, ego Monio Martinez placuit mihi bono animo et per expontanea mea volumptate sic vendivi tibi Petro et ad honorem Sancti Laurencii de Garvilios hereditate que est in billa de Nolia in certo loco in Cavanzo, de monte in fonte, in cultu et in discultu, in exitus et regressitus, in felgarios, in omnia rem que mihi pertinet inter meos eredes, vel ubi illo potueris invenire vendo vel concedo tibi ab omni integritate; per

quem accepi ego Monnio precio de te Petro frater, id est una bacha de v° modios, quantu mihi bene conplacuit; debitum non remansit super vos pro dare, nec mici iure pro in quantu desursu resona pro iureficare, et affirmavimus inter nos mercatum per in secula. Et si des hodie in die aliquis homo de alica parte venerit qui carta ista corrumpere quesierit quomodo pariet quantu desursu resonat duplatu in similis talis locis cum quale fructum fuerit con c solidos ipsum pariet qui conteptione fecerit. Facta carta vendicio mea et comparatio tua die notu quod est II[a] feria VII° idus Iulius in Era M.C.LXI[a] Regnante rex Adfonsus in Leione et in Castiella et Comite Roderico Gonsalvez in Asturias. Et ego Monnio Martiniz qui hanc carta que fieri volui tibi Petro frater legente audivi et de manu mea ✠ roborabi coram testes Petro Flainez et Ihoan Veilaz et Sancxo Monnioz et Citi et Belliti hic testes sumus et legente audivimus et de manus nostras ✠ ✠ roborabimus. (Fol. 67 r.)

## LXXXI

Julio de 1123

### *Venta de una heredad en Noja.*

In Dei nomine, ego Tello Veilaz et uxor mea Gelvira, placuit nobis bono animo et per expontaneas nostras voluntates si vendivïmus tibi Petro frater de Garvilios et ad honorem Sancti Laurencii III[es] partes in tota mea hereditate que habeo in billa de Nolia in loco certissimo ubi dicent ad kavanzo..... Per quem accepimus nos iam supra dictos Teillo et uxor mea Gelvira precio de te Petro frater, id est una bacha de v° modios et medietate in altera de III[or] modios et una puercha de III[es] quarteros et uno tocino valente semodio, II[os] modios et medio de cibaria in sub uno precio valente XI° modio, quantu nobis bene complacuit..... Facta carta vendio *(sic)* nostra et comparacio tua die notu quod est III[a] feria VI ° idus Iulius in Era M.C.LXI.[a] Regnante Rex Adfonsus in Leione et in Castiella, et Comite Roderico Gonsalvez in Asturias..... Coram testes Petro Flainez et Iohan Veilaz et Sancxo Monnioz et Citi et Belliti..... (Fol. 68 v.)

## LXXXII

Marzo de 1136.

*Alfonso VII hace donación de varias iglesias á Santa María del Puerto.*

XPS. A. ω. In nomine Domini. Ego Adefonsus Dei gratia Hispaniarum Imperator, una cum coniuge mea domina Berenguaria, pro Dei amore et pro redemptione anime mee et parentum meorum, precibus et amore Comitis (1) Lupi fidelissimi vassalli mei facio cartam donationis et confirmationis ecclesie Sancte Marie de Portu, et tibi abbati Sancio eiusdem loci, et omnibus clericis tam presentibus quam futuris in supra dicta ecclesia benigna devotione Deo servientibus, et omnibus successoribus tuis, et dono eis et concedo in hereditatem ecclesiam Sancte Eulalie de Arzilero cum omni sua hereditate quocumque loco sit, et eccclesiam Sancte Marie de Berecedo cum omni sua hereditate, et eclesiam Sancte Eulalie de Bokarrero cum omni sua hereditate, et ecclesiom Sancti Petri de Noga cum omni sua hereditate, et ecclesiam Sancti Iusti de Argonios cum omni sua hereditate, et ecclesiam Sancte Marie de Carasa cum omni sua hereditate, et ecclesiam Sancti Mametis de Aras cum omni sua hereditate, et ecclesiam Sancti Pantaleonis de Lessias cum omni sua hereditate, et ecclesiam Sancte Eulalie in eodem valle cum omni sua hereditate, et ecclesiam Sancti Michaelis de della part cum omni sua hereditate, et ecclesiam Sancte Cecilie de Cabu rada cum omni sua hereditate, et ecclesiam Sancte Marie de Palacios et quicquid meum est in Palacios, ab omni integritate; totum pro amore et servicio Comitis (2) Lupi do et offero, roboro et confirmo ecclesie Sancte Marie de Porto et tibi Sancio abbati eiusdem ecclessie tuisque successoribus, in seculum seculi iure hereditario possidendum. Do etiam Sanctam Eulaliam de Ribbas cum omni sua hereditate,

---

(1) *Comitis:* sobre raspado, y de letra posterior.

(2) La palabra *Comitis* de letra posterior y sobre un raspado,

et ecclesiam Sancti Petri de Selorzeno cum omni sua hereditate. Has ecclesias supra nominatas cum omnibus hereditatibus suis, et ecclesiam Sancti Andree de Ambrosero cum omnibus terminis suis, cum intratibus et exitibus suis, cum montibus et vallibus, cum terris et rivis et fontibus et cum omnibus pertinenciis suis quocumque loco fuerint, dono et concedo ecclesie Sancte Marie de Portu et tibi iam dicto abbate et omnibus clericis tam presentibus quam futuris in eadem ecclesia Deo servientibus, ut eas ecclesias cum hereditatibus suis ipsi et successores eorum iure hereditario teneant et possideant in sempiternum. Concedo etiam eis et mando ut istas hereditates populent, et omnes illi qui in illis hereditatibus populaverint sive de creacione Sancte Marie de Portu, sive alii homines fuerint, sint salvi et liberi de homicidio et de fossadera et de omni pecta ad partem regis, et tales foros habeant omnibus diebus quales habent illi qui in Sancta Maria de Portu populati sunt. Has itaque ecclesias cum omnibus hereditatibus supradictis quas adquisivit abbas de Portu a quibuscumque eas adquirere potuit qui ante me fuerunt et quas hodie a me adquirit et roborat pro redemptione anime mee et parentum meorum precibus et amore Comitis (1) Lupi, ecclesia Sancte Marie de Portu teneat, habeat et possideat iure hereditario in perpetuum. Si quis de mea gente, vel de aliena hoc meum factum infregerit, sit maledictus et inferno cum Iuda proditore dampnatus; insuper pectet Imperatori mille morabetinos, et quid invaserit in duplum reddat. Facta carta in Sancto Facundo VII.° idus Marcii Era M.ª C.ª LXX.ª IIII.ª Adefonso Imperatore imperante in Toleto, in Legione, Sarragoza, Naiarra, Castella et Galicia, in anno quo primum coronatus fui. Signum ✠ Imperatorls. Ego Adefonsus Imperator hanc cartam quam iussi confirmavi et propria manu roboravi. Huius rei sunt testes et confirmatores Comes Rodericus Gonsalvez, Comes Rodericus Martinez, Comes Rodericus Gomez, Comes Gonsalvus, Raimundus Toletanus archiepiscopus, Petrus Secobiensis episcopus, Bereugnarius Sala

(1) *Comitis:* sobre raspado.

manticensis episcopus, Semenus Burgensis episcopus, Guter Ferrandez maiordomus, Almaricus alferiz, Lop Lopez, Michael Feliz, merin, Diego Munioz, merin Giraldus scripsit hanc cartam iussu magistri Hugonis cancellarii Imperatoris. (Fol. 38 r.)

## LXXXIII

Septiembre de 1139.

*Gutierre Bermúdez cambia una heredad con el abad Lope.*

In Dei nomine, ego Gutierre Vermudez et uxor mea Maiore placuit nobis bono animo et per expontaneas nostras volumptates sic facio concambiacione cum tibi abbas Lope de Garvilios, de ereditate que abeo in villa de Nolia, in loco certissimo in Cavanzo, per terminum de Tello Veilaz, et alium terminum ad illo tochorno del foio, et IIIum terminum illa carraria antiqua, inter ipsos terminos ab omni integritate. Per quem accepi ego Gutierre Vermudez et uxor mea Maiore de tibi abbas Lope in precio id est duos agros de terra que sunt in billa de Nolia, ubi dicent fonte maiore..... Facta carta vendicio nostra et comparacio tua die notu VIª feria IIIº kalendas Octobris in Era M.CLXXVII.ª Regnante rex Adfonsus in Castiella et Comite Roderico Gomez in Asturias.... (Fol. 69 r.)

## LXXXIV

Noviembre de 1149.

*Segunda, su hijo y sus hermanos donan a Santa María del Puerto un solar en Fresnedo.*

Sub Christi nominue eius imperium, ego denique mienna domna Legunda et domino Martino meo filio et suas germanas, placuit nobis pro remedio animarum nostrarum et penas inferni timendo et misericordia Dei querendo, sic donamus ad Sancta Maria de Portunensi et ad abbate Sancius et congregacione fratum tuorum illo solare de Fresnedo cum sua heredita *(sic)* ubi potueritis invenire ab omni integritate, que ganavi miecta Mer-

tino Alfonso por *(sic)* hereditate, et ipso solare de Fresnedo cum quanta hereditate pertinet in Castello et in Meruelo et in Nogga sic donamus ab omni integritate. Et por ipso solare cum tota sua hereditate comparavi ego abbate Sancius et donavit pro illo ad illos duennos de hereditate cum suo plazer, donavit pro illo X boves ad domno Martino plazient ad illos hereditarios, et afirmavimus inter nos mercatu per in secula..... Facta carta vendicio nostra, comparacio vestra die notu XVIII kalendas Decembris in Era M.ª C.ª LXXX.ª VII.ª Coram testes Fernando Gonçalvez testis. Gonsalvo Gonçalvez testis; Didago Gutierrez testis; Martino Beilaz testis; Petro Romanez testis; Çiti et Belliti hic testes sumus. ✠ ✠ ✠ (Fol. 39 v.)

## LXXXV

Año 1190.

*Duranio, abad de Nájera, concede á la iglesia de Santa María las primicias del pescado en esta población. De primiciis piscium pro clericis de Portu.*

Ut ea que in nostris sunt gesta temporibus posteritatis oblivio non heradat cum ad posteros emanaverint, litterarum solent apiscibus eternari. In Dei nomine. Ego Durannius prior Naierensis cum assensu et volumptate tocius conventus ibi Deo iugiter servientis, rogitu Ferrandi Alfonsi senioris de Portu et clericorum ibidem beate et gloriose Virgini Marie et Sanctorum reliquiis serviencium. Facio kartam restitutionis et confirmationis primitiarum omnium piscium que capiuntur et capientur in Portu usque ad finem seculi, omnibus clericis de Portu et eorum successoribus ut iure perpetuo supra dictas primicias libere habeant et in pace suma possideant et quiete. Has itaque primicias cum clerici de Portu sine omne inquietatione haberent et eis ad suum libitum uterentur, quidam abbas iniquus eis per violenciam abstulit sine iure. Ego itaque Durannus prior, compaciens penurie clericorum pauperum de Portu, restituo primicias istas omnibus clericis in perpetuum possidendas, excepto de ballena..... Facta carta sub Era M.ª CC.ª XXVIII.ª quarto die idus Iunius. (Fol. 46 v.)

## LXXXVI

Año 1191.

*De la pesquisda de la ecclesia de Sancti Felicis de Anero.*

Dissieron todos akellos enke fue fegga, ke siempre uiran z hodieran z sabien por uerdat ke duende Sancta Maria de Puerto metie abbat enna ecclesia de Sancti Felicis de Anero con el abbat de Castaneda, et a la muert del abbat de Anero uieron siempre z odieron por uerdat ke duen de la ecclesia de Sancta Maria de Puerto z el abbat de Castanneda partien la buena de akella ecclesia z de la kasa de Anero, z ninguno otro, z el sennoriu siempre lo uieran de duen de Puerto con plazer del abbat de Castanneda. Esta pesquisda fue fegga por mano de don Oriolo a la secunda uez ce fue merino del re, quando don Didago tenie tota la tierra de Trasmiera troa en Soria; Ferrando Alfonso sedient senior de Puerto; prestameros de Trasmiera Lop Sangez de Mena z Gomez Gonçaluez de Islla, z Martin Antolinez z Martin Uelaz; merino de don Didago, Gonsaluo Martinez de Rozas. Fegga fue esta pesquisda in Era M.ª CC.ª XX.ª VIIII.ª in uespera Philippi z Iacobi. (Fol. 46 v.)

## LXXXVII

Diciembre de 1195.

*Gómez Martínez dona varias fincas á Santa María del Puerto.*

X P S. Sub Christi nomine et eius imperium. Ego Gomes Martinez penas inferni timendo et misericordiam Deo querendo, do et offero meum solare quem ego habeo in villa de Nolla in loco pernominato in solar de las angaras..... Do etiam et concedo meum solare ad regulam Sancte Marie et ad tibi Gutier Fernandez et ad omnibus clericis Sancte Marie..... Et ego Gutier Fernandez senior de Portu, do ipsum solare ad tibi Ihoan Andres et ad uxor tua Mari Pedrez quod habeatis illud cum tale foro sicut unus de hereditatibus *(sic)* Sancte Marie..... Facta carta in Era

M.ªCC.ªXXX.ªIIIIª, VIIª Kalendas Ianuarias, Regnante Rex Alfonso in Toleto et in Castella. Diaco Lopez obtinente Trasmiera. Merino Roi Gonsalvez de Rozas (1). Coram testes. (Fol. 48 r.)

## LXXXVIII

Diciembre de 1195.

*Martín Martínez de Noceda vende un solar, en Argonios, á Fernando Alfonso.*

X P S. In Dei nomine. Ego Martin Martinez de Nozeda spontanea voluntate vendo dimidium meum solare de iera cum omnibus hereditatibus meis quas habeo in Argonios, ubicumque sint ab omni integritate, vobis domno Ferrando Alfonsi seniori de Portu omnibusque successoribus vestris, ut habeatis et possideatis iure hereditario predictum dimidium solare cum quanto habeo vel habere debeo in Argonios, cum ingressibus..... Et ego Martin Martinez accepi precium de vobis domno Ferrando seniore de Portu IIIes vacas pregnatas noviellas et formosas, et unum morabetinum alfonsinum. Huius rei sunt testes Lop Garciaz de Castello et Petrus de Pineda, frater eius et Sango Gomez de Isla, et dominus Petrus abbas de Baredio, et Alfonsus Petri de Arnuero et Gutier Gutierrez de Nogga, et Sancius Martinez de Escalant, et Martin Meruelo et Garci Garciez et Martin Ferrandez et Petro Fedo de Selorzeno, et Rodrigo Gomez de Varzena, et Martin de Isla. Omnes isti sunt auditores, videntes et testes, fiadores de redrar et de otorgar a fuer de tierra, et de fer fazient iur in ista hereditate secundum forum terre, Petro Pineda et Roi Gonçalvez de Escalant. Facta carta in Era M.ªCC.ªXXXª III.ªVIIª i dus Decembris. In hac eadem die ego Martin Martinez de Nozeda roboravi supra dictum dimidium solare cum omnibus hereditatibus que ad me pertinent in eadem villa de Argonios ubicumque sint, scilicet unum castellum, sicut est forum terre, coram supraditis testibus. Et accepi unam porcam por robra. (Fol. 47 r.)

---

(1) Tachado: *Saion.*

## LXXXIX

Julio de 1203.

### *Doña Sancha da un solar en Escalante á Santa María del Puerto.*

Sub Christi nomine et eius imperium. Ego domna Sancia penas inferni timendo et vitam requiem desiderando do et offero meum solare quem ego habeo in villa de Escalante in loco pernominato in Corera, ad Sancta Maria de Porto. Sic dono vel offero illud solare pro remedio anime mee vel anima patris mei vel parentum meorum, ad Sancta Maria de Portum et ad tibi abbati don Petro Fernandez et ad omnibus clericis ibidem Deo servientibus, cum casas et orreos, cum hereditatibus, cum exitus et regressitus, cum montibus et fontibus, cum arboribus fructiferis et non fructiferis, cum pascuis et cum felgarios et cum omnibus rebus suis et cum omnia hereditate et pertinencia quam illud solare habebat in die quando patris mei don Rodrigo illum dedit mihi; sic do ego donna Sancia illud solare ad regulam Sancte Marie ut ibi serviat in perpetuum. Forum illius solaris quod ego donna Sancia do et offero, istud est et erit semper. Quod si unus fuerit ibi populatum de filiis de Martin Corera (1) don Domingo presbiter aut Mari Martinez vel Michael Martinez, aut de Martin Martinez, vel de Sancia Martinez, ant de Illana Martinez, in uno quoque anno de *(sic)* un porco semoial, et si non habuerit porci, de *(sic)* causa que valeat illum; et si ibi fuerint de istis populati vel de filiis suis duo, similiter faciant; et si fuerint tre, usque ad decem, dent duabus eminas de pan ad ipsam eminam de Portum, et un porco semoial aut causam que valeat illum, et nichil amplius. Et ipso don Domingo presbiter in diebus suis non reddat nullam causam (2) et post obitum suum filiis et neptis suis faciant sicut aliis qui ibi fuerint. Et si dominus vel abbate de

---

(1) Tachado: *sive de filiis de.*

(2) Tachado: *in diebus suis.*

Porto fecerit illis magis que non debeat facere et non steterit eis in directum, vadant se cum querimonia ad parentibus meis que tenuerit Eskalante vel alias probincias usque faciat eos pervenire ad directum. Et si fuerit quisquis de istis populati in hereditate de Sancta Maria qui reddat ad monasterii de Portu, levet sua racione de ipso solar, et faciat consuetudo eius, et carta ista firmis fiat per secula. Facta carta sub Era M.ª CC.XL.Iª kalendas Iulii. Regnante Rex Alfonso in Toleto et in Castella. Don Lop Sangez obtinente Trasmiera. Merino Domingo Monioz. Abbate de Porto don Petro Fernandez, Maerdomo don Ihoannis. Escanciano Gonsalvo. Sacrista don Rodrico. Cabiscol don Domingo. Coram teste el abbat de Pontones testis. Don Rodrigo de Camargo testis. Don Petro testis. Don Martino testis. Don Domingo testis. Jhoan Gutierrez testis. Petro Martinez testis. Et capitulo de Portu testes sumus. Et ego domna Sancia carta que hanc fieri iussi legente audivi et de manu mea ✠ ✠ ✠ roborabi. Ihoannes scriba. (Fol. 42 r.)

## XC

Año 1210.

*Pesquisa de bienes que pertenecían á Santa María del Puerto.*

X P S. In Dei nomine. Ego Alfonsus, Dei gratia rex Castelle una cum coniuge mea domna Alienor et cum filio meo Fernando, pro Dei amore et beate Marie, mando quod illas hereditates quas habere debet Sancta Maria de Porto, illas quas tenent aliis hominibus, et illas qui sunt occultas et habent infanzones et clericis vel laicis, aut sunt heremas, quod pesquirant illos meos pesquisitores Petro Gonzalvez et Ferran Petrez et Rodrico Gonzalvez de Carranza, et ubicumque evenerint in illos iurados quod hereditate habet Sancto Maria, intret meo portero Petro Petrez et det ad illo abbate don Gutierre quod est senior de Porto et demandador de illas hereditates de Sancta Maria de Porto. Mando etiam et concedo quod illas hereditates quas habet vel habere debet Sancta Maria de Porto, quod sint honorificatas vel kotatas sicut fuerunt cum Imperatore in tale fóro, et illas hereditates

quas habere debet Sancta Maria, habeat, et illos pesquisitores pesquirant in illos iuratos, et meo portero reddat illas hereditates ad illo abbate don Gutierre senior de Porto. Recordati sunt illos pesquisitores Petro Gonzalvez de Castanedo et Ferran Petrez de Tramasaquas et Rodrico Gonzalvez, cum illo portero Petro Petrez, quod dedit illo rex Alfonsus ad illo abbate de Porto ut reduceret illas hereditates in iusticia, et venerunt in Anero primum sicut mandavit illos rex, et fecerunt iurare quinque homines de Anero et de la Mata; iuraverunt Petro Martinez et Michael Garciez et Michael Roiz et Michael Martinez et Petro Michaelez, et dixerunt quod illo felgero de Gurviazo que dessequo Martin Domingez fue forzado de el, et que est de Sancta Maria; la tierra de la Ilzera q[e] tienen filios de Martin Lopez que est de Sancta Maria. La heredat en q[e] tenia Martin Lopez la casa con el corral, disso a sue muert ad sos filios q[e] diessen cambio por aqella heredat de Sancta Maria, et dio otra tierra en cambio cerca del solar et figaron VI fixos pedrizos, et postea se repusieron et tulerunt illos fixos, et illos iurados dixerunt quod est de Sancta Maria. De Foz iuraron Michael Pelaez, Roi Michaelez Ihoan Pedrez, et dixerunt quod illa faza de la portiella, las duas partes sunt de Sancta Maria et alia tercia de filios de Martin Antolinez. La serna de Cordovilla, las duas partes sunt de Sancta Maria, et alia tercia de filios de Martin Antolinez. La faza del foio de Susvilla est de Sancta Maria, et el felgero de la Castanueda est de Sancta Maria. De Anero iuraverunt alios quatuor homines et dixerunt sicutialiis iurados et rememorati sunt in unam vocem et unam parabolam de illo arroio de Strada usque ad illas cavas de foz de Neggo fuera los felgeros de Domingo Martinez debet istar illa defesa defesada usque in die Sancti Michael, et postea debet ire concilio de Anero et de Foz et de Toraia cum illos homines de Sancta Maria, et colligere totos de susament exin de uno cas tanno quod dicitur de la puerta cum alios duos qvod solebat Martin Antolinez accipere. Isto invenerunt illos pesquisitores in istos iurados in veritate, et illo abbate don Gutierre misit illo in Sancta Maria cum illo portero regis. De Sancta Eulalia de Arzillero iuraverunt Roi Gomez, Rodrico Alvarez, don Alvaro, Petro Roiz,

